



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3. Vtrum resurrexit cum corporis integritate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

statim surgens ab oratione, ut Lucas ait, venit ad discipulos ut prius, & allocutus eos de vigilia, &c. monstravit se non mutatum a tanto decursu sudoris sanguinei, ut immutari debuisse, si a sudore sudor fuisset. Ille, inquam, sudor sanguineus fuit humor sanguineus adhuc crudus, hoc est, non redactus adhuc perfecte in sanguinem, qui pars est hominis, & huiusmodi crudus humor vocatur sanguis nutrimentalis. Et quoniam, ut euangelista testatur, tanta fuit eius quantitas, ut decurreret in terram, videtur quod totus sanguis nutrimentalis, qui inueniendus fuisset in Christo tempore passionis praefusus fuerit in passionis sudore. Dico autem, qui inueniendus fuisset tempore passionis, & non qui inuentus est tunc, scilicet tempore orationis: quoniam non oportet fateri totum nutrimentalem sanguinem per sudorem emissum: quoniam aliquid illius remanens potuit, nocte & mane decoqui perfecte, ita ut nihil nutrimentalis sanguinis inueniretur in Christo tempore passionis: cum effusus sanguis est: sed quia haec magis diuinare quam affirmare possumus, ideo nullus pertinax in propria opinione inueniatur, nullus dubia per certis affirmet: sed pie dubitando, deuotionem suam persequatur. Ceterum tamen & absque hesitatione, quilibet constat, Christi sanguinem nutrimentalem, qui dicitur in terra inueniri, etiam si in passione effusus sit non esse unitum verbo Dei personaliter: quoniam nunquam fuit actus pars sanguinis, qui est de veritate humanae naturae.

assumpserat ad vitam mortalem, Ad primum ergo dicendum, quod caro & sanguis ibi non accipitur pro natura carnis & sanguinis, sed vel pro culpa carnis, & sanguinis, sicut Grego. * dicit in 14. Mora. vel pro corruptione carnis & sanguinis: quia, ut Aug. dicit ad Consentium, f de resurrectione carnis, non ibi erat corruptio & mortalitas carnis & sanguinis. Caro igitur secundum substantiam possidet regnum Dei, secundum quod dictum est, * spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Caro autem cum secundum corruptionem intelligitur, non possidebit, unde continuo additum est in uerbis apostoli, Neque corruptio in corruptelam.

Ad secundum dicendum, quod sicut Aug. dicit in eodem libro, * fortassis accepta occasione sanguinis, urgebit nos in molestior persequator, & dicit, Si sanguis in corpore Christi resurgens fuit, cur non & pituita, id est, phlegma, cur non & fel flauum, id est, cholera, & fel nigrum, id est, melancholia: quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari, etiam medicinae disciplina testatur: sed quodlibet quisquis addat corruptionem addere caueat, ne suae fidei sanitatem castitatemque corrumpat. Valet enim diuina potentia de ista uisibili atque tractabili natura corporum, quibusdam manentibus, auferre, quas uoluerit qualitates, ut absit labes, scilicet corruptionis, ad sit effigies, ad sit motio, absit fatigatio, ad sit ueluti di praes, absit esuriendi necessitas.

Ad tertium dicendum, quod totus sanguis, qui de corpore Christi fluxit, cum ad ueritatem humanae naturae pertinet, in corpore Christi resurrexit, & eadem ratione est de omnibus particulis ad ueritatem, & integritate humanae naturae pertinentibus: sanguis autem ille, qui in quibusdam ecclesiis pro reliquiis conseruatur, non fluxit de latere Christi, sed miraculose dicitur effluxisse de quadam imagine Christi percussa.

ARTICVLVS III.

Utrum Christi corpus resurrexerit gloriosum.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod corpus Christi non resurrexerit gloriosum. Corpora gloriosa sunt fulgentia, secundum illud Mat. 13. Ful-

gebunt iusti sicut sol in regno patris eorum; sed corpora fulgentia uidentur secundum rationem lucis, non autem secundum rationem coloris. Cum ergo corpus Christi uerum fuerit sub coloris specie, sicut & prius uidebat, uidetur quod non fuerit gloriosum. ¶ 2 Prae. Corpus gloriosum est incorruptibile, sed corpus Christi non uideatur fuisse incorruptibile: fuit enim palpabile, sicut & ipse dicit Luc. ult. Palpate, & uideate. Dicit autem Grego. in quadam Hom. * quod corrumpi necesse est, quod palpat, & palpari non potest, quod non corrumpitur: non ergo corpus Christi fuit gloriosum.

¶ 3 Prae. Corpus gloriosum non est animale, sed spirituale, ut patet ad Corinth. 15. sed corpus Christi uideatur fuisse animale post resurrectionem: quia cum discipulis manducauit & bibit, ut legitur Luc. ult. & Io. ult. ergo uideatur, quod corpus Christi non fuerit gloriosum.

Respondetur contra est, quod Apostolus dicit ad Phil. 3. Reformatur corpus humilitatis nostrae, conformatur corpori claritatis suae.

Respondetur. Dicendum, quod corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum, & hoc apparet tripliciter. Primo quidem, quia resurrectio Christi fuit exemplar & causa nostrae resurrectionis, ut habetur ad Corinth. 15. Sancti autem in resurrectione habebunt corpora gloriosa, sicut ibidem dicitur, Seminat in ignobilitate, surget in gloria. Unde cum caeteri potior causato, & exemplar exemplo, multo magis corpus Christi resurgens fuit gloriosum. Secundo, quia per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis. unde & ipse dicebat, Nunc anima mea turbata est, quod pertinet ad passionem & postea subdit, Pater clarifica nomen tuum, in quo petit gloriam resurrectionis. Tertio, quia sicut supra habitum est, * anima Christi a principio suae conceptionis fuit gloriosa per fructum diuinitatis perfectam. Est autem dispensatio factum, sicut supra dictum est, * ut ab anima gloria non redundaret in corpus, ad hoc, quod mysterium nostrae redemptionis sua passione impleteret: & ideo peccato hoc in mysterio passionis & mortis Christi, statim anima in corpus in resurrectione resumpta, suam gloriam deri uauit, & ita factum est corpus illud gloriosum.

Ad primum ergo dicendum, quod omne, quod recipitur in aliquo, recipitur in eo secundum modum recipientis: quia igitur gloria corporis deriuat ab anima, ut Aug. * dicit in epistola ad Diolcorum, fulgor seu claritas corporis gloriosi est secundum colorem humano corpori naturalem: sicut uerum diuersimode coloratum recipit splendorem ex illuminatione solis secundum modum sui coloris: sicut autem in potestate hominis glorificatus est, ut corpus eius uideatur, uel non uideatur, sicut dictum est, * ita in potestate eius est, quod claritas eius uideatur, uel non uideatur. unde potest in suo colore sine aliqua claritate uideri, & hoc modo Christus suis discipulis

unica conclusio: Corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum. Probatur tripliciter, & rationes clarescunt in littera. ¶ In responsione ad secundum, aduerte quod Auctor loquitur de raro & denso in uocatione seruata, quod dico proprie quia densitas ponitur etiam in corporibus caelestibus: non eiusdem tamen rationis cum densitate inferioris: sicut enim ista densitas non est communi uniuersum corruptibile, & incorruptibile corpori: unde caelum resistit tactui, quis ad orbem lunae pertransire uellet ibi existens: non tamen sentiret tactu densitas eius: sed tantu tactu resisteret pars densa, quantum minus densa. Et praeter haec dicitur, quod corpus dicitur palabile, & naturaliter corruptibile.

Il. 14. mor. c. 3. non procul a si.
Aug. epistolae tom. 2.
D. 349.
Luc. ult.

epistolae 146. n. 6. multum longe a pri. 2.

Inf. q. 55. a. 6. ad 4. & quo. 5. q. 3. art. 2. & opus 3. c. 245.

Super questio. quin quagesima quarta articulum tertium.

Itulus clarus. ¶ In corpore

Hom. 36. c. 2. pag. 101. post ym.

q. 34. art. 4.

q. 14. art. 2. art. 5.

epistolae 56. m. mcd. lxxv.

a. 1. habet ad 1. 11

Lib. 4. pau. 2. 200.

lis post resurrectionem suam apparuit. **A**d secundum dicendum, quod corpus aliquod dicitur esse palpabile, non solum ratione resistentie, sed ratione suae spissitudinis. Ad raram autem & spissum sequuntur graue & leue, calidum & frigidum, & alia huiusmodi contraria, quae sunt principia corruptionis corporum elementarium. Vnde corpus quod est palpabile humano tactu, est naturaliter corruptibile: si autem sit aliquod corpus resistentis tactui, quod non sit dispositum secundum praedictas qualitates, quae sunt propria obiecta tactus humani, sicut est corpus caeleste, tale corpus non potest dici palpabile: corpus autem Christi post resurrectionem uere fuit ex elementis compositum, habens in se tangibiles qualitates, secundum quod requirit natura corporis humani, & ideo naturaliter erat palpabile. Et si nihil aliud habuisset supra corpus humani naturam, fuisset etiam corruptibile: habuit autem aliquod aliud, quod ipsum incorruptibile reddidit, non quidem naturam caelestis corporis, ut quidam dicunt, de quo infra magis inquiretur, sed gloriam redundantem ab anima beata, quia ut Aug. dicit in epistola ad Dioscorum, Tam potest natura Deus fecit animam, ut ex eius plenissima beatitudine, redundet in corpus plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis uigor; & id sicut Greg. dicit in eodem, ostenditur corpus Christi post resurrectionem fuisse eiusdem naturae, sed alterius gloriae.

A post resurrectionem de Christo maiorem decorem, in quo monstratur, quod ex parte corporis recompensatione eger. Reliqua clara sunt in litera.

B dicuntur quaedam uere, quae non habuit secundum naturam, sed secundum dispensationem, ad certificandum, quod ipsum quod passum est corpus resurrexit, ut cicatrices. Cessante autem causa, cessat effectus. ergo uel quod certificatis discipulis de sua resurrectione cicatrices ulterius non habuerit: sed non conueniebat immutabilitati gloriae quod aliquid assumeret, quod perpetuo in eo non remaneret. ergo uidetur quod non debuerit corpus cum cicatricibus in resurrectione resumere.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Tho. Io. 20. Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

RESPON. Dicendum, quod conueniens fuit animam Christi in resurrectione corpus cum cicatricibus resumere. Primo quidem, propter gloriam ipsius Christi, dicit enim Beda super * Lucam, quod non ex impotentia curandi, cicatrices seruauit, sed ut in perpetuum uictoriae suae circumferat triumphum. unde & Aug. dicit in 22. de ciuit. Dei, quod fortassis in illo regno in corporibus martyrum uidebimus uulnerum cicatrices, quae pro Christi nomine pertulerunt. non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quaedam, quamuis in corpore, non corporis, sed uirtutis pulchritudo fulgebit. Secundo, ad confirmandum corda discipulorum circa fidem suae resurrectionis. Tercio, ut patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, se per ostendat. Quarto, ut sua morte redemptis, quam misericorditer sint adiuti, propositis eiusdem mortis iudiciis, insinuet. Postremo, ut in iudicio quam iuste damnentur, ibidem denuntiet. unde sicut Aug. dicit in lib. 2. de symbolo cap. 8. Sciebat Christus quare cicatrices in suo corpore seruaret: sicut enim demonstrauit Thome non credenti nisi tangeret & uideret, ita etiam inimicis uulnera demonstraturus est sua, ut conuincens eos ueritas dicat. Ecce hominem quem crucifixistis, uidetis uulnera quae infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis. quoniam per uos & propter uos apertum est, nec tamen intrare uoluistis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cicatrices illae, quae in corpore Christi permanerunt, non pertinent ad corruptionem vel defectum, sed ad maiorem cumulum gloriae, in quantum sunt quaedam uirtutis insignia, & in illis locis uulnerum, quidam specialis decor apparebit.

AD SECUNDUM Dicendum, quod illa apertura uulnerum, quamuis sit cum quadam solutione continuitatis, totum tamen hoc recompensatur per maiorem decorem gloriae, ut corpus non sit minus integrum, sed magis perfectum: Thomas autem non solum uidit, sed etiam uulnera tetigit, quia, ut dicit Leo Papa, sufficit sibi ad fidem propriam, uidisse quod uiderat, sed nobis operatus est, ut tangeret quem uiderat.

AD TERTIUM Dicendum, quod Christus in suo corpore uoluit cicatrices uulnerum remanere, non solum ad certificandum discipulorum fidem, sed et per alias rationes. Ex quibus apparet, quod semper in eius corpore cicatrices ille remanebunt, quia, ut Aug. dicit ad Consentium, de resurrectione carnis, domini corpus in caelo esse credo, ut erat quando ascendit in caelum. Et Greg. dicit 14. Moral. dicit. Quod si quid in corpore Christi post resurrectionem potuit immutari, contra ueridicam Pauli sententiam, post resurrectionem

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod corpus Christi non debuerit cum cicatricibus resurgere. Dicitur enim in 1. ad Cor. 15. quod mortui resurgent incorrupti: sed & cicatrices & uulnera ad quandam corruptionem pertinent & defectum. non ergo fuit conueniens, ut Christus, qui est resurrectionis actor, cum cicatricibus resurgeret. ¶ 2. Praet. Corpus Christi integrum resurrexit, sicut dictum est: sed apertura uulnerum contrariae integritati corporis: quia per eas discontinuatur corpus. non ergo uidetur fuisse conueniens, quod in corpore Christi apertura uulnerum remaneret, etsi remaneret ibi quaedam uulnerum insignia, quae sufficiebant ad aspectum ad quem Thomas credidit, cui dictum est, Quia uidisti me Thoma credidisti. ¶ 3. Praet. Damasc. dicit in 4. lib. quod

Super illud Luc. ostendit eis manus c. 97. in Luc. & est ultimum. li. 22. c. 20. in prin. to. 5.

Super illud Luc. ostendit eis manus c. 97. in Luc. & est ultimum. li. 22. c. 20. in prin. to. 5.

Aug. epi. 146. paulo. a. pri. to. 2. Li. 14. mor. c. 31. a. med.

Martinus de doctrina dicitur, quod non conueniens est, ut corpus humani naturam, fuisset etiam corruptibile: habuit autem aliquod aliud, quod ipsum incorruptibile reddidit, non quidem naturam caelestis corporis, ut quidam dicunt, de quo infra magis inquiretur, sed gloriam redundantem ab anima beata, quia ut Aug. dicit in epistola ad Dioscorum, Tam potest natura Deus fecit animam, ut ex eius plenissima beatitudine, redundet in corpus plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis uigor; & id sicut Greg. dicit in eodem, ostenditur corpus Christi post resurrectionem fuisse eiusdem naturae, sed alterius gloriae.

Beda super Lucam, quod non ex impotentia curandi, cicatrices seruauit, sed ut in perpetuum uictoriae suae circumferat triumphum. unde & Aug. dicit in 22. de ciuit. Dei, quod fortassis in illo regno in corporibus martyrum uidebimus uulnerum cicatrices, quae pro Christi nomine pertulerunt. non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quaedam, quamuis in corpore, non corporis, sed uirtutis pulchritudo fulgebit. Secundo, ad confirmandum corda discipulorum circa fidem suae resurrectionis. Tercio, ut patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, se per ostendat. Quarto, ut sua morte redemptis, quam misericorditer sint adiuti, propositis eiusdem mortis iudiciis, insinuet. Postremo, ut in iudicio quam iuste damnentur, ibidem denuntiet. unde sicut Aug. dicit in lib. 2. de symbolo cap. 8. Sciebat Christus quare cicatrices in suo corpore seruaret: sicut enim demonstrauit Thome non credenti nisi tangeret & uideret, ita etiam inimicis uulnera demonstraturus est sua, ut conuincens eos ueritas dicat. Ecce hominem quem crucifixistis, uidetis uulnera quae infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis. quoniam per uos & propter uos apertum est, nec tamen intrare uoluistis.

Titulus, prout conueniens in ecclesia cicatrices Christi intelliguntur, sicut cum foraminibus sumuntur. In corpore unica est conclusio: Conueniens animam Christi resumere corpus cum cicatricibus. Probatur quinq; rationibus, quae patent in litera.

¶ Vbi a uerte, quod Auctor Augusti. sequens rationem cicatricum Christi non ex parte corporis, sed animae reddit: quoniam non ad pulchritudinem corporis, sed animae spectat. Ve enim in resurrectione ad secundum dicitur, apertura illa uulnerum recompensatur per

ARTICULVS IIII.

Utrum corpus Christi debuerit cum cicatricibus resurgere.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod corpus Christi non debuerit cum cicatricibus resurgere. Dicitur enim in 1. ad Cor. 15. quod mortui resurgent incorrupti: sed & cicatrices & uulnera ad quandam corruptionem pertinent & defectum. non ergo fuit conueniens, ut Christus, qui est resurrectionis actor, cum cicatricibus resurgeret. ¶ 2. Praet. Corpus Christi integrum resurrexit, sicut dictum est: sed apertura uulnerum contrariae integritati corporis: quia per eas discontinuatur corpus. non ergo uidetur fuisse conueniens, quod in corpore Christi apertura uulnerum remaneret, etsi remaneret ibi quaedam uulnerum insignia, quae sufficiebant ad aspectum ad quem Thomas credidit, cui dictum est, Quia uidisti me Thoma credidisti. ¶ 3. Praet. Damasc. dicit in 4. lib. quod

lib. 4. ca. 19. paulo ante recompensatur per